Kopia Funduszu Jmci Xa Jana Snarskiego Pleba Olitz
za Konsensem Nayjasnieyszego Krola Jmci Zygmunta III Czynionego
Roku 1595.

In Nomine Domini amen.

Sagax Humana Natura Studiosissime *hic* Intendere debet quia superne
eidem disponenda Concessa Sunt, ut Illis Pie Sancte, et debite utatur
atq disponat et quoniam Inter alia pietatis opera Nullum attestante
id divina Scriptura majus et efficatius Commonstrari potest quam ut
elemosinario Subsidio aliquid alicui Conferatur. Cum autem Homini
bus tum magis praestandum iis conveniat qui Offitio Sacerdotali funguntur
tur, ut Facultatum Sibi Commissarum boni Dispensatores sint. Proinde
Ego Joannes Snarski Parochus Olitensis ecclesiae Signifi o tenore prae
sentium quorum Inter est Universis et Singulis Praesentibus et Futuris
harum Notitiam habituris quia accensus zelo Devotionis nec non prospiciens
ens Salutem Animae Suae Fundari Indotationem Viccario Ecclesiae
Olitensis moderno Venerabili Joanni Przetkodetpski ac Successoribus
Illius eo tempore existentibus Inprimis aream amplam pro edifiatione
Domus et hortum Pomiferum eidem areae contiguum quaequidem
area — a Via Publica Pinensi incipit et terminat Cum Pomario
ad hortum Domini Josephi Krzyzanowski ex utraq Parte cum
Sua Circumferentia Item Piscinam cum Hortulo penes Scholam Item
Medium Mansum Agri Mensurae eidem dictum Pikizuczkowczyzna.
Item alium Hortum penes Domum Plebanalem Notario — Parochiali
adiacentem quem quidem hortum loco Piscinae Meae cum molendino
adiacentem areae Supra Nominatae per commutationem cum Do
minis Parochis domo Viccariali addici quae Si ingata commutatio Succe
ssoribus videbitur Piscina cum Molendino ad Domum Vicarialem perpe
tuis temporibus Spectabit. hanc Igitur Dotationem a me emptam et
Vicario Olitensi Fundam et a Sacra Regia Magiestate ab omnibus Pensio
nibus Censibus Solutionibus per expressas literas liberatam et exemptam
Thomae Jablonski ad utifruendum Jurisdice extradidi et aream ad edifi
candam Tabernam assignavi quam cum Suis Incolis Sub Jurisdictione
Offitij Civilis esse nolo In qua Taberna licebit Sibi et Successoribus
Suis libere Omnem Liquorem metonis Cerevisiae Cremati ~~et~~ ven
dere quem admodum Privilegium S. R. M. Concedit Ipsi vero Thomas
Jablonski et Successores Ejus tenebuntur ex his Bonis scilicet Hortis
Agris et taberna libera persolvere Vicarius Olitensis pro Festo Sancti
Andreae Antecessoribus temporibus Singulis Annis Florenos Octo Polonicos

Quem

Quem quidem Sacerdotem quemadmodum Modernum Venerabilem Joan
Przewodowski et Successores Ejus eo Munere et Officio Onero, tene
Sacrum Unum Celebrare Omni Septimana In ang Scilicet de Sep
gaudiis Beatissimae Virginis Mariae post extinctum Autem iste
Missa pro Defunctis Loco quae de Septem Gaudiis Beatae Mariae
In Cujus Rei testimonium Sigillum Meum praesentibus est appe
sum. Actum et Datum In Domo Parochiali Olitensi in Vigilia
Omnium Sanctorum. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Non
1595. gesimo Quinto. Praesentibus Ibidem Venerabilibus et Generosis Alb
to Domaszewski Parocho Punensi Jacobo Bouffal Parocho Daugowi
Casparo Pirogowski Parocho Merecensi Domino Alberto Buchowiec Vi
Capitaneo Oliten. et Josepho Krzyzanowski procons. Olitensi et alii
quam pluribus Omnibus fide dignis.

Joannes Snarski
Par. Olitt.

L. S.

Kopia Konsensu Krola JMci Zygmunta III Danego X. Jan
Snarskiemu na Fundowanie Wikaryusza przy Kosciele Olitskim

Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gotoru
et Vandalorum Haereditarius Rex.

Significamus praesentibus literis Nostris Quorum Interest universis
et Singulis. Supplicatum esse Nobis a Venerabili Joanne Snarski
cho Nostro Olitensi, Quatenus Piam Intentionem et Zelum Ipsius
Augendo Cultu Divino In Ecclesia Sua Olitensi benigniter accepta
et approbare Dignaremur, Cum Igitur expositum Nobis est et quali
Ipse aliquod Areas et hortos tum Medium Mansum Agri Mensu
Culmensis ab Oppidanis Nostris Olitensibus Coemerit Molendinum
extruxerit Tabernamque aedificare Intendat Ea Intentione ut Insu
praedictis Areis, Hortis, Agri Molendino et Taberna perpetuam fun
dationem pro Continuo et Stabili Vicario ad Ecclesiam Olitensem
faceret Nos Igitur attento pro Zelo praedicti Venerabilis Joan
Snarski Ejusdemque Supplicationi Gratiose Inclinati non modo
hujusmodi Fundationem benigne Consentimus verum etiam ea
Authoritate Nostra Regia ratificantes praedictas Areas Horto
Medium Mansum Agri Mensurae Culmensis et Tabernam In eo
Nostro Olita Situatam ab Omnibus Pensionibus Censibus Solutioni
et quibusvis Oneribus Oppidanis eximentes liberam In praedicta
Taberna